

vertencias y exhortaciones, tanto en razón de vuestra insigne y particular piedad hacia la madre de Dios, como por vuestra caridad y celo por la grey cristiana; y estos frutos que la devoción, tantas veces manifestada con esplendor de los católicos á María, ha producido, se goza nuestra alma en cogerlos ya anticipadamente en gran abundancia.

Llamados por vosotros, en virtud de vuestras exhortaciones y siguiéndoos, deseamos que los fieles principalmente en el próximo venidero mes, se apiñen en derredor de los solemnes altares de la augusta Reina, y de la Madre llena de bondad, y á fin de tejerle y ofrecerle como buenos hijos con la oración del Rosario, que tanto la agrada, una corona mística. Además, Nos mantenemos y Nos confirmamos las prescripciones y los favores de la santa indulgencia acordada, precedentemente con este motivo (1).

Qué hermoso é imponente espectáculo será en las ciudades, en los pueblos, en las aldeas, en tierra y en mar, en todas partes por donde se extiende el mundo católico, que esos centenares de millares de fieles asociando sus alabanzas y juntando sus oraciones, con un solo corazón, con una voz unánime, se reúnan para saludar á María, implorar á María y esperarle todo de María!

Que por su mediación pidan confiadamente todos los fieles después de haber rogado á su divino Hijo, que vuelvan las naciones extraviadas á los preceptos é instituciones cristianas en las que consiste el fundamento de la salud pública, y de donde dimana la abundancia de la deseada paz y felicidad verdadera. Que por su mediación se esfuerzen en obtener, tanto más cuanto que éste es el mayor de todos los bienes, que nuestra Madre la Iglesia recobre la posesión de su libertad y pueda disfrutarla en paz; libertad que, como es sabido, no tiene otro objeto para la Iglesia que el de poder procurar á los hombres los supremos bienes. Lejos de haber causado jamás hasta ahora el menor perjuicio á los particulares ni á los pueblos, la Iglesia, en todo tiempo, les ha procurado numerosos é insignes beneficios.

Que por la intercesión de la Reina del Santísimo Rosario, os conceda Dios, Venerables Hermanos, los bienes celestiales, con los cuales aumenta y acrecienta de día en día las fuerzas y los auxilios que necesitáis para llenar las obligaciones de vuestro ministerio pastoral; que os sirva de augurio y prenda la bendición apostólica que Nos os damos amantísimamente á vosotros, al clero y á los pueblos confiados á vuestro cuidado.

Dado en Roma, junto á San Pedro, el 22 de Septiembre de 1891, décimocuarto año de Nuestro Pontificado.

LEON XIII, PAPA.

(1) Cfr. Ep. Encycl. *Supremi Apostolatus*, die 1 Sept., an. MDCCCLXXXIII; Ep. Encycl. *Superiore anno*, die XXX aug., an. MDCCCLXXXIV; Decret. S. R. C. *Inter plurimos*, die XX aug., an. MDCCCLXXXV; Ep. Encycl. *Quoniam pluries*, die XV aug., an. MDCCCLXXXIX.



EPISTOLA ENCYCLICA DE MARIALI ROSARIO LEO PP. XIII VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM



OTROBA mense adventante, qui sacer Virginis beatissimae a Rosario dicatusque habetur, gratissima Nobis recordatione succurrit, quantopere hoc vobis, Venerabiles Fratres, superioribus annis, commendaverimus, ut fidelium ubique greges, auctoritate sollertisque vestra excitati, pietatem intenderent et angereant suam erga magnam Dei Matrem, potentem christiani populi adiutricem, ad eam toto ipso mense adirent suppliciter, eamque invocarent sanctissimo Rossarii ritu, quem Ecclesia, in dubiis praesertim rebus difficillimisque temporibus, adhibere et celebrare, optato semper exitu, consuevit.—Eisdem voluntatem Nostram, hoc rursus anno, curae est patefacere, eisdemque ad vos mittere atque etiam duplicare hortationes; id quod suadet urgeatque Ecclesiae caritas, cuius labores, potius quam levamentum acceperint, et numero in dies et acerbitate ingravescent. Mala omnibus cognita deploramus: quae custodit Ecclesia tradit dogmata sacrosancta, oppugnata confixa; integritas quam tuetur christianae virtutis, derisui habitis; in sacrorum antistitum ordinem, maxime autem in romanum Pontificem, multis modis obtractatio instructa, invidia conflata; in ipsumque Christum Deum, per impudentissimam audaciam et nefarium scelus, impetus factus, quasi conantium redemptionis eius divinae opus, quod numquam vis ulla tollat et deleat, tollere fandiis et delere.—Ista quidem haud nova accidunt militanti Ecclesiae: quae, praesomente apostolos Iesu, ut homines veritatem edoceret atque ad salutem provehat sempiternam, in aciem quotidie dimicationemque venire debet; quaeque reapse per saeculorum tractus animosa ad martyrium depugnat, nulla re lactata et gloria magis, quam quod suum possit cum Auctoris sui sanguine consecrare, in quo sibi promissa victoriae spes exploratissima continetur.—Neque tamen diffidendum, quam gravi tristitia optimum quemque afficiat haec assidua dimicandi contentio.

Magnae nimirum tris illae causa, tam esse multos, quos pravitates errantur et in Deum protervia longe abducent, agantque praecipites; tam multos, qui ad quemlibet religionis formam se aeque habentes, divinam iamiam exuere fidem videntur; neque ita paucos esse homines catholicos, qui religionem romine tenus relinquant, non re debiliusque colant officii. Id praeterea multo gravius angit et vexat animum reputare, tam luctuosam malorum perniciem inde potissimum ortam, quod in temperatione civitatum vel nullo iam loco Ecclesia censetur, vel saluberrimae virtutis eius delicta opera repugnantur; qua in re apparet magna quidem et iusta vindictis Dei animadversio, qui recedentes a se nationes miserima mortium caecitate sinat hebescere.

Quapropter res ipsa clamat, vehementius clamat in dies, necesse omnino catholicos homines precibus ad Deum et obsecrationibus uti atque perseverantibus, sine intermissione: (1) idque non solum se quisque tantum, sed eo magis publice facient oportet, sacris in aedibus congregati, exire flagitantes, ut Ecclesiam providentissimus Deus ab importunis et malis hominibus (2) liberet, perturbet sive gentes ad salutem et mortem luce et caritate Christi reducat.—Res enim vero supra hominum fidem mirabilis! Viam suam laboris plerum saeculum quidem insisit fretum opibus, vi, armis ingenio; securo Ecclesia pleneque gradu aetates decurrit, cor fixa unice Deo, ad quem diurna et nocturna prece oculos et manus attollit. Ipsa enim, quamquam cetera, quaecumque ex Dei cura tempus offert humana praesidia, prudens non negligit, non in iis tamen sed potius in orando, comprecedo, obsecrandoque Deo, praecipuum sui spem ponit. Inde habet quo vitam spiritum sicut et roborat, quia sibi ea iduitate precandi contigit feliciter, ut, ab humanarum rerum vicissitudine intacta et in perpetua divini Numinis conjunctione; vitam ipsam Christi Domini hauriat ea tranquille placideque traducat; fere ad Christi ipsius similitudinem, cui cruciatum diritas, quos in commune est bonum perperuss, nihil admodum de proprio sibi beatissimo lumine et gaudio neque minut neque adomit.

Quae quidem magna christianae sapientiae documenta tenuere semper religioque coluerunt qui ipsot christianum nomen digna sunt virtute professi: quorum ad Deum preces maiores crebrioresque esse solebant, si qua Ecclesiae sanctae vel summo eius rectori calamitas ab nequissimorum hominum fraudibus et violentia incidisset.—Exat huius rei exemplum insigne in fidelibus exorientis Ecclesiae, dignum plane quod omnibus dinceps futuris ad imitandum proponeretur. Petrus, vicarius Christi Domini, summus Ecclesiae antistes, in vincula, Herodis scelesti iussu, traditus erat certaque destinatus morti; illuc ut evadere nihil in quoquam erat opis, nihil auxilii. At illud vero auxilii nec deerat quod precatio sancta a Deo conciliat; scilicet Ecclesia, quod divina refert historia, impensissimas pro illo

(1) 1. Thes. v. 17.—(2) II. Thes. III, 2.

preces fundebat: *Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum, pro eo* (1): agebatque omnes eo ardentius precandi studium, quo acrior aerumnae tantae sollicitudo mordebat. Ut vero orantibus vota successerint, comperita res est: Petrum mirifice liberatum christianus populus memori semper laetitia concelebrat.—Insignius autem exemplum divinumque edidit Christus, quo Ecclesiam suam, non solum praecipis, verum etiam de se ipse ad omnem erudiret et formaret sanctitatem. Qui namque in omni vita tam frequentem et effusam precando operam dederat, ipsemet sub horas extremas, quam in Gethesemani horto, perfuso immensa amarillie animo, oblangueret ad mortem, tum vero Patrem, non orabat modo, sed *prolixius orabat* (2). Neque sibi profecto id fecit, nihil timentis nihil egenti, Deo; sed fecit nobis, fecit Ecclesiae suae, cuius futuras preces et lacrimas iam tunc libens volensque in se recipiens fecundas gratiae efficebat.

Ubi vero per mysterium Crucis generis nostri salus peracta, atque eiusdem administra salutis, Ecclesia, triumphante Christo, condita in terris riteque constituta est, novus ex eo tempore in populum novum ordo providentis Dei incepit valitque.—Divina consilia addeceat magna cum religione intueri. Filius Dei aeternus, quum, ad hominis naturam vellet suscipere, eaque re mysticum quo idam cum universo humano genere initurus esset connubium, non id ante perfecit quam liberrima consensio accessisset designatae Matris, quae ipsius generis humani personam quodammodo agebat, ad eam illustrem verissimamque Aquinatis sententiam: *Per annuntiationem expectabatur consensus Virginis, loco totius humanae naturae*. (3) Ex quo non minus vere proprieque affirmare licet, nihil prorsus de permagno illo omni gratiae thesauro, quem attulit Dominus, siquidem *gratia et certius per Iesum Christum facta est* (4), nihil nobis nisi per Mariam, Deo sic volente, impertiri: ut, quo modo ad summum Patrem, nisi per Filium, nemo potest accedere, ita fere, nisi per Matrem accedere nemo possit ad Christum.—Quantum in hoc Dei consilio et sapientiae et misericordiae eluceat quanta ad imbecillitatem fragilitatemque hominis convenientia! Cuius namque bonitatem credimus et uoremus iustitiam; et quem amantissimum Servatorem, sanguinis animaeque prodigum, redamamus, eundem non exhorribilem iudicem pertimescimus: quare factorum conscientia trepidis opus omnino deprecatore ac patrono qui et magna ad Deum po leat gratia, et benignitate sit animi tanta, nullius ut recuset desperatissimi patrocinium, afflictosque iacentesque in spem erigat clementiae divinae. Ipsa praeclearissima Maria: potens ea quidem, Dei parens omnipotentis, sed, quod sicut dulcis, facilis, perbenigna, indulgentissima. Talem nobis praestitit Deus, cui, hoc ipso quod Unigenitae sui matrem elegit, maternos plane indidit sensus, aliquid nihil spirantes nisi amorem et veniam; talem facta suo Iesum Christus ostendit,

(1) Act., XIII, 5.—(2) Luc. XXII, 43.—(3) III. q. XXX. a. 1.—(4) Ioan. I. 17.

quum Mariae subesse et obtemperare ut matri filius sponte voluit talem de cruce praedixit, quum universitatem humani generis, in Ioanne discipulo, curandam ei fovendamque commisit, talem denique se dedit ipsa, quae eam immensi laboris haereditatem, a moriente Filio relictam, magno complexa animo, materna in omnes officia confestim coepit impendere. — Tam carae misericordiae consilium. — in Maria divinitus institutum et Christi testamento ratum, inde ab initio sancti apostoli priscique fideles summa cum laetitia senserunt senserunt item et docuerunt venerabiles Ecclesiae Patres, omnesque in omni aetate christiana gentes unanimae consenserunt: idque ipsum vel memoria omni litterisque silentibus, vox quaedam a cuiusque christiani hominis pectore erumpens, loquitur disertissima. Non aliunde est sane quam ex divina fide, quod nos praepotenti quodam impulsu egimus blandissimeque rapimus ad Mariam: quod nihil est antiquius vel optatius, quam ut nos in eius tutelam fidemque recipiamus, cui consilia et opera, integritatem et poenitentiam, angores et gaudia, preces et vota, nostra omnia plene credamus; quod omnes iucunda spes et fiducia tenet, fore ut, quae Deo minus grata a nobis exhiberentur indignis, ea, Matri sanctissimae commendata, sint grata quum maxime et accepta. Quarum veritate et suavitate rerum, quantum animus caput consolationem, tanta eos aegritudine dolet qui divina fide carentes, Mariam neque salutant neque habent matrem: eorumque amplius colet miseriam qui, fidei sanctae quum sint participes, bonos tamen nimii in Mariam profusisque cultus audent arguere: qua re pietatem, quae liberorum est, magnopere laedunt.

Per hanc igitur, qua Ecclesia asperrime conficitur, malorum procellam, omnes filii eius pii facile vident quam sancto officio adstringantur supplicandi vehementius Deo, et qua praecipue ratione niti debeant, ut eadem supplicationes maximam efficacitatem sint habiturae. Religiosissimorum patrum et majorum persecuti exempla ad Mariam sanctam Dominam nostram perflugimus; Mariam Matrem Christi et nostram appellamus concordisque obtestemur; *Monstra te esse matrem, sumat per te preces, qui pro nobis natus, tulit esse tuus* (1). — Imvero, de variis divinae Matris colendae formulis et rationibus, quum eae sint praecipuae quas et per se ipsas potiores et illi gratiores esse noverimus, Rosarium idcirco nominatim indicare placeat impenseque inculcare. Huic precandi ritui nomen *coronae* communi sermone adhaesit, hac etiam causa quod magna *lesu* et Matris mysteria, gaudia, dolores, triumphos, felicibus reddasertis connexa. Quae fideles mysteria augusta si pia commentatione ex ordine recolant et contemplantur, mirum quantum adjuventrahere sibi possunt tum ad fidem alendam et ab ignorantia aut errorum peste tutandam, tum etiam ad virtutem animi relevandam et sustinendam. Hoc etenim modo orantis cogitatio et monofia, fidei lumine praeclucens, ad ea mysteria iucundissimo studio feruntur, in

(1) *Ex sacr. liturg.*

eisque et defixae et discurrerent, satis admirari non queunt restituae humanae salutis inenarrabile opus, tam largo pretio rerumque tantarum serie confectum: tum vero animus super his caritatis divinae argumentis amore et gratia axardescit, spem confirmat et auget, cupidus arrectusque ad coelestia praemia, iis a Christo parata qui se ad ipsum imitatione exempli et communione dolorum adiunxerint. Haec inter funditur verbis precatio, ab ipse Domino a Gabriele Archangelo, ab Ecclesia tradita; quae, plena laudum et salutarium votorum, certo varioque ordine iterata continuata, novos usque habet dulcesque fructus pietatis.

Magnam autem huiusmodi precationi coelestis ipsa Regina adiecisse virtutem ideo credenda est, quod suo numine et instinctu ab inclito patre Dominico invecata sit et propagata per aetatem catholico nomini adversissimam, eandemque huic nostrae perum dissimilem, quasi bellicum instrumentum ad hostes fidei debellandas praevallidum. — Secta enim Albigenensium haereticorum, quae clandestina, qua manifesta, in regiones invaserat multas; terrirna, Manichaeorum progenies, quorum immanes excitabat errores, simulationesque et caedes et capitale in Ecclesiam odium nimis multum referebat. Hominum praesidiis contra perniciosissimam turbam et insolentem vix iam erant fidendum, quum praesens a Deo venit, Rosarii marialis ope subsidium. Sic, favente Virgine, gloriosa haeresum omnium vitioce vires impiorum labefactatae et perfractae, salva quam plurimis et incolumis fides. Similia multa apud quasque gentes vel depulsa pericula vel beneficia impetrata, satis pervagata sunt, quae vetus aequae recensque historia luculentissimis testimoniis commemorat. — Id quoque illustre argumentum accedit, quemadmodum, statim ab instituta Rosarii prece, eius passim apud omnes civium ordines userpata sit et frequentata consuetudo. Enimvero divinae Matri, quae tot tantisque laudibus una omnium praecellentissima nitet religio christiani populi titulus quidem insignibus modisque multis habet honorem: hunc tamen Rosarii titulum, hunc modum orandi, in quo tamquam fidei tessera et summa debiti ei cultus inesse videtur, semper adamavit singulariter, eoque privatum et publicae, in domo et familia, sodalitatibus constitutis, altaribus dedicatis, circumductis pompis, usa praecipue est, rata nullo se posse meliore pacto ipsius vel sacra sollemnia ornare vel patrocinium vel gratias demereri.

Neque illud silentio praetermittendum, quod singularem quamdam Dominae nostrae providentiam in hac re illustrat. Nempe, quum, diuturnitate temporis, studium pietatis in quapiam gente deferbuisset visum est et nonnihil de hac ipsa precandi consuetudine esse remissum, quam mire postea, sive re publica in formidolosum discrimen adducta, sive qua necessitate premente, Rosarii institutum praeceteris religionis auxiliis, communibus votis roveceat atque in suum honoris locum restitutum est lateque rursus viguit salutare. Eius rei exempla nihil opus a praeterita aetate petisse, praeclarum hac nostra in promptu habentibus. Hac namque aetate,

quae, uti principio motum, acerba adeo Ecclesiae est, Nobis autem, ad gubernacula eius divino consilio sedentibus, acerbissima, spectare et admirari licet quam erectis incensisque studiis, in eam loco et gente catholici nominis, mirabile Rosarium colatur et celebratur: quod facti quam Deo veris, moderanti agentique homines quam ulli hominum prudentiae et aevitati recte sit tribuendum, animum Nostrum admodum solatur et reficit, magnaue complet fiducia de renovandis Ecclesiae amplificandisque, auspice Maria, triumphis.

Sunt autem qui haec ipsa a Nobis commemorata probe si quidem sentiant, sed quia nihil adhuc de speratis rebus, de pace in primis et tranquillitate Ecclesiae, impetratum, imo fortasse tempora deterius misceri vident, eam idcirco diligentiam et affectionem precandi velut defatigati et diffisi intermittant. Homines istiusmodi vident ipsi ante et laborent, ut, quae Deo adhibeant preces, aptis virtutibus, ex Christi Domini praeeptione, orientur: quae si tales fuerint, considerent porro, indignum esse et nefas, velle se tempus subveniendi modumque constituere Deo nobis nihil quicquam debenti, ita ut quam audit orantes et coronat merita nostra, nihil aliud coronet quam misericordiam (1), et quam minus sententiae nostrae obsecundat, providenter agat cum filiis pater bonus, eorum miserans insipientiam, consulens utilitati. Quas vero preces, ut propitiemus Ecclesiae Deum, cum suffragiis coniunctes Coelitum sanctorum supplices deferimus, eas ipse nunquam non benignissime admittit et explet Deus, tum quae bona Ecclesiae attingunt maxima et immortalia, tum quae attingunt minora et huius temporis, opportuna tamen ad illa. Quippe istis precibus pondus et gratiam, sane plurimum, precibus addit meritisque suis Christus Dominus, qui dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret... *ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam*. 2, idem summus eiusdem Pontifex, sanctus, innocens, semper vivens ad interpellandum pro nobis, cuius deprecationem supplicationemque semper venire divina fide tenemus.— Quod enim spectat ad bona Ecclesiae externa et huius vitae, palem, est, rem ipsi saepius esse cum adversariis malevolentia et potentia accerrimis; ubi eis nimium sibi dolendum facultates direptas, libertatem deminutam et oppressam, accessitam et despectam auctoritatem, damna postremo et hostilia omne genus multa. Quorum improbitas si quaeritur cur non eo usque intus, quo deliberatum habent et conituntur, re tam in plena procedat; Ecclesia contra, tot inter rerum casus, eadem illa sua amplitudine et gloria, vario quocumque modo, emineat semper atque adeo increscat; utriusque rei praecipuum causam rectum est a virtute accessere comprecantis Deum Ecclesiae: nec enim satis assequitur humana ratio quomodo restrictis ita finibus imperiosa nequitia consistat, Ecclesia vero, in angustum compulsa, nihilominus tam mag-

(1) S. August. Ep. cxcvii al. 106 ad Sixtum, evn. 19.—(2) Ephes. v. 35-37.

nifico vincat. Idem eo rectius existit in eo honorum genere, quibus Ecclesia homines ad ultimi boni adeptionem proxime adducit. Ad hoc enim munus quam nota sit, precibus suis posse multum debet ut divinae in illos providentiae misericordiaeque ordo exitum habeat et perfectionem, atque ita homines cum Ecclesia et per Ecclesiam orantes, ea demum impetrant atque obtinent quae *Deus omnipotens ante saecula disposuit donare* (1). Ad alta providentis Dei consilia mentis humanae acies in praesentia deficit: sed aliquando erit, quomodo causas consecutionesque rerum Deo ipso apertis pro benignitate sua monstrante, dilucidum patebit, orandi munus quantum in hoc rerum genere vim habuerit utilitatemque impetrandi, inde effectum patebit, quod sese multi, in tanta depravati saeculi corruptela, integros praestiterint atque inviolatos ab omni inquinamento carnis et spiritus, perfecerint sanctificationem in timore Dei (2); quod alii, in eo dum essent ut flagitio indulgerent, illico sibi temperaverint, ex ipsoque periculo et tantumne bonos ceperint actus virtutis; quod prolapsis illis impulsio quaedam permoverit animus ut erigerent se et in complexum Dei miserentis occurrerent.—Haec igitur omnes apud se perpendentes, fallacis antiqui hostis etiam atque etiam obsecramus ne cedant, neve ulla omnino causa a studio cessent orandi; verum in eo perseveranter consistent, sine intermissione consistent, Prima sit illis cura de summo bono, aeterna omnium salute, deque incoluntate Ecclesiae exposcenda: tum licet cetera bona ad usum commoditatemque vitae petant a Deo, modo voluntatis eius acquissimae acquiescant, eidem pariter, optata vel concesserit vel abnuerit, agentes gratias, beneficentissimae patri: ea denique religione et pietate cum Deo versentur, quae decet maxime et oportet, qua viri sancti consueverunt et ipse egit sanctissimus Redemptor et Magister noster; cum clamore valde et lacrimis (3).

Hic officium et paternae caritatis postulat, ut in universos Ecclesiae filios non precum modo, sed etiam poenitentiae sanctae largitorum honorum Deo spiritum imploremus: quod dum toto animo facimus, omnes et singulos ad hanc ipsam virtutem, cum altera conjunctissimam, pari studio adhortamur. Scilicet facit peccato ut animus sustentetur, instruat ad fortia, ad divina conscendat: facit poenitentia ut nobismetipsi imperemus, corpori maxime, gravissimo, ex veteri noxa, rationis legisque evangelicae inimico. Quae virtutes, perspicuum est, aptissime inter se coherent, inter se adiuvant, eodemque una conspirant, ut hominem, coelo ratum, a rebus corporeis abstrahant, evehantque propemodum ad caelestem cum Deo consuetudinem: fit contra, ut cuius animus cupiditatibus aestuet illecebrisque sit emollitus, ieiunus ille fastidiat suavitates rerum coelestium, neque alia si peccato eius nisi frigida vox et languida, indigna sane quam Deus excipiat.—Sunt autem oculos exempla poenitentiae hominum sanctorum, quorum preces et obsecrationes, ea

(1) S. Th. II-II, q. LXXXII, a. 2, et S. Greg. M.—(2) Corinth. VII, I.—(3) Hebr. v. 7.

ipsa causa, magnopere Deo placuisse atque etiam ad prodigia valuisse sacris fastis docetur. Mentem illi et animum libidinesque assidue regebant domabant: doctrinae Christi Ecclesiaeque eius documentis ac praeceptis summa solebant consensione et demissione adherescere; velle nolle nihil, nisi Dei numina explorato, nihil quidquam agendo spectare, nisi eius gloriae increments; cupiditates acriter coercere et frangere, corpus dure inclementerque habere, iucundis rebus neque iis noxiis virtutis gratia abstinere. Quare merito poterant, quod Paulus Apostolus de se, idem ipsi usurpare: *nostra autem concessio in caelis est* (1); eandemque ob causam tantum inerat in eorum obsecrationibus ad propitiandum exorandumque Deum efficacitatis. — Non omnes omnino posse adeo nec debere apparet: attamen ut consentanea sibi afflictatione vitam moresque suos uniusquisque castiget, rationes id exigunt iustitiae divinae, cui satis de commissis faciendum restricte est: praestat autem voluntariis, dum vita sit, id fecisse poenis, unde virtutis praemium accedat. — Ad haec, quando in mystico Christi corpore, quae est Ecclesia, omnes tamquam membra coalescimus et vigemus, hoc, Paulo auctore, consequitur, ut, quemadmodum laetanti qua de re membro membra cetera collaetantur, ita pariter dolenti condoleant, hoc est christianis fratribus, vel animo aegris vel corpore, fratres ultro subveniant, et, quantum in ipsis est, curationem adhibeant: *Pro invicem solliciti sint membra. Et si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra; sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi et membra de membro* (2). In hoc autem caritatis specimine, ut quis Christi exemplo insistens, qui vitam ad omnium nostrum redimenda peccata immenso amore profudit, luenda sibi aliorum admissa suscipiat, in hoc demum illud continetur magnum vinculum perfectionis, quo fideles inter sese et cum coelestibus civibus arctissimeque cum Deo iunguntur. — Ad summam, sanctae poenitentiae actio tam varia atque industria est tamque late pertinet, ut eam quisque, pia modo et alacri voluntate, per frequentem possit nec laboriosa facultate exercere.

Restat, Venerabiles Fratres, ut, quae vestra est singularis et eximia quum in sanctissimam Dei Matrem pietas tum in christianum gregem caritas et solertia, ammonitionis hortationisque Nostrae exitum, opera vestra, perquam optimum, Nobis polliceamur; gestique animus fructus eos, quos pluries splendide declarata catholicorum in Mariam religio tulit, iam nunc laetissimos uberimosque praecipere. Vobis igitur et vocantibus et excitantibus et praeaeuntibus, fideles, hoc praesertim proximo mense, ad aras sollemnes augustae Reginae et benignissimae Matris conveniant concurrant, atque mystica ei serba, acceptissimo Rosarii ritu, filiorum more contexant et praehant integris per Nos atque ratis, quae

(1) Philip III, 20.—(2) I Corinth, XII, 25-27.

ante hac in hac re a Nobismetipsis praescripta edita et dona indulgentiae sacrae concessa (1). — Quam praeclearum et quanti erit, in urbibus, in pagis, in villis, terra marique, quaecumque patet catholicis orbis, multa piorum centena millia, sociatis laudibus foederalisque precibus, una mente et voce singulis horis Mariam consalutare, Mariam implorare, per Mariam sperare omnia! Ab ipsa omnes fidentes contendant ut, exorato Filio, aberrantes nationes ad christianam redeant instituta et precepta, in quibus salutis publicae firmamentum consistit, unde et expellitae pacis et verae beatitudinis copia efflorescit. Ab ipsa eo impensius contendant, quod bonis omnibus exoptatissimum esse debet, ut Ecclesia mater libertate potestatur tranquilleque fruatur sua; quam non alio illa refert nisi ad summas hominum procurandas rationes, a qua singulli et civitates nulla usquam damna, plurima omni tempore et maxima beneficia senserunt.

Iam vobis, Venerabiles Fratres, adprecante sacratissimi Rosarii Regina, largiatur Deus munera bonorum coelestium, unde ad partes pastoralis officii sancte obeundas auxilia et vires suppetant, in dies ampliora: cuius rei esto auspiciam et pignus Apostolica Benedictio, quam vobis ipsis et clero et populis cuiusque vestrum curae concreditis peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXI Septembris anno MDCCCXCI, Pontificatus Nostri Decimoquarto.

LEO PAPA. XIII.

(1) Cfr. Ep. Encycl. *Supremi Apostolatus*, die 1 sept. an. MDCCCLXXXIII: Ep. Encycl. *Superiore anno*, die XXX aug. an. MDCCCLXXXIV: Decret. S. R. C. *Inter plurimos*, die XX aug. an. MDCCCLXXXV: Ep. Encycl. *Quinquagesimae pluries*, die XV aug. an. MDCCCLXXXIX.



